PHILIPPI BEROALDI LIBELLVS QVO SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIAE DISCV-TIVNTVR.

.
*

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Clarissimum Ioannem Vartimbergēsem scholasticum Boemū Philippi Beroaldi Bonoñ. Epistola.

m VLTA me amabilissime mi Ioannes ut tibi Libellum hunc nominatim dedicem hortantur & inuitant: Tua erga me mihi pspectissima beniuolētia: Mirus studiorū amor: genuina probitas: hilaris comitas. Mores defecati: quæ sunt uera hominis honestamēta: ad hæc nobilitas familiæ Vartimbergensis apud Boemos honoratissimæ: q' iæ arcto cognationis nexu copulatur cum illustrissimis Principibus Rosensibus: quibus affinem esse & necessarium maximus ē honos, quos ego summa cum reuerētia diligo, quorūq; beniuolētia cumprimis glorior: hortamentū quoq; non minimum fuit meū illud solemne: quo nobilibus scholasticis transmontanis hoc genus libellos nuncupatim dicare cōsueui. Imprimis uero aurem uellit tua illa: qua in me pliberaliter es usus munificētia: qua effectum est, ut cū preceptori discipulus debere consueuerit. Ego tibi discipulo doctor plurimū debere me profitear. Vitiū aūt ingratitudinis q̄ tetrū, q̄q; ī amabile sit, homo nemo nō nouit. Sapiētis uiri uerbum est, ingratus ne sis: Persæ in ingratos seuerissime animaduertunt: Apud Athenienses aduersus ingratos actio constituta est. Igitur ne malum nomen sim: Ne

Laus Ioannis.

Cōtra ingratos.

Malū nomen.

ingratum agam: quo in uitio nihil mali non inest.
Tibi peculiariter dono/dicoq; opusculum hoc quã-tulũcũq; est:& pro argentaria liberalitate chartariam remunerationem rependo ac repono: Quę tamen talis est: ut apud ingenuos uirtutisq; cultores: qualis es tu: Auro gratior esse & soleat/& debeat. Tu rogo ut id quicquid est ex chartacea supellectile nostra depromptum hilaro uultu:& obuiis ut aiunt manibus excipias:& post sanctiores iuris pontificii paginas: post ebibitam seriæ lucernæ fuliginem: summas in manum libellum hunc non minus uarietate rerum: q̃ breuitate expetibilem. Philosophica est incude formatus:& ex illius philosophiæ secretariis erutus: quã græci pareneticen: nostri preceptiuam appellant. Titulus est Heptalogos. Ex græca scilicet festiuitate: qđ si latinam inscriptionẽ mauis: septem sapiẽtes inscribito. Sed quid nugis hisce meis lenocinor: cum tu libentissime lectites/sine fine lecturias: cum mei nominis meęq; quãtulacũq; est/eruditionis amator/laudator/admirator semp extiteris. Ego uero amicitias Proborum/inter quos ipse splẽndescis/sitiẽterq; expeto: diligẽter colo: perẽniter seruo.

Vale.

Philosophia parenetice.

Heptalogos.

Amicitiæ proborũ expetẽdæ

Digitized by Google

PHILIPPI BEROALDI HEPTALOGOS SIVE SEPTEM SAPIENTES.

m AGNVM miraculum est homo Viri ornatissimi: Maximum miraculum est sapiens homo: qui ad beate uiuendum se ipso contentus est: qui supra Fortunam collocatus instar liquidi cœli imperturbatus defecatusq; degit. Cuius serenitatem nulla tempestas obducit: Cui cũ deo uirtute conciliante cognatio est, qui ut celeberrimi conditores dixere. Est mortalis q̃dam deus, & cum raritas ipsa conciliet rebus admirationem. Tam raro hominem sapientem uidere contingit, ut sepius mullam peperisse arbitretur Arpinas Orator, q̃ fuisse sapientem. Antiquitas multos quidẽ multiiugis uirtutibus præcellentes prædicat. Sed ex his septem tantum sapientum nomine censentur. Adeo ex infinitis millibus mortalium rari extitere digni tanto cognomine. Nec hi quidem ipsi qui nominati sunt ut inquit. M. Tullius sapientes fuerunt. Sed similitudinem quãdam gerebant spetiemq; sapientum. Horum sententiæ quædam catholicæ circũferuntur: quæ non tam hominum q̃ oraculorum sunt existimandæ. Quid enim aliud est oraculum: q̃ uolũtas sententiaq; diuina hominis ore enũtiata? Et quos tandem Antistites sanctiores inuenire sibi diuinitas potuit, q̃ Solonem, Thalem, Chilonem, Reliquosq;

Sapiens deus mortalis.

Oraculũ quid.

Digitized by Google

in sapientum albo conscriptos: per quos humano generi præcepta saluberrima traderent. Qui uerborũ parci rex fœcundi bracteata dicta non parum multa sententialiter protulere: Quæ breui periodo conclusa latissimã cõtinẽt explicationẽ. Instar legum: quarũ scriptũ angustũ ẽ ĩterpretatio diffusa. Ex his ego hodierno die singula singulorũ apophthegmata delegi: quæ in hoc frequentissimo auditorio cetuq; uiroꝶ celeberrimo explicarẽ: Quę inter cętera sunt illustriora & magis famigerata: qbus nihil sanctius, doctius conducibilius excogitari posse contenderim. Ecclesiastici cõcionatores multa quidẽ salubriter pro pulpitis, pro tribunalibus in propatulo in delubris religiosissimis pcipere cõsueuerũt. Sed nihil est in sermonibus illoꝶ prolixis clamosisq; septẽ Sapiẽtũ Ethnicorum breuibus sentẽtiis pferẽdũ, ne dicã comparãdum. Quod idẽ uos ubi perorauero sensuros esse nil ambigo. Cũctosq; in sentẽtiã meã nõ tam pedibus q̃ animis ituros asseueranter affirmo. Itaq; dũ septẽna septẽuiratus decreta a nobis edisserunt uos quęso diligẽter attẽdite. Hodierna hæc oratio ad duas metas

Ad metas utilitatis & uoluptatis. dirigetur, utilitatẽ & uoluptatẽ. Vtilitas fructũ animis, uoluptas delectationem auribus suppeditabit. Initiũ autem hinc auspicabimur non ex scripto pronunciãtes: sed prout res suppetent. Ita uerba rebus accõmodantes. Male enim ut decẽter inquit Asinius Pollio

Dictum Pollionis uerbis eueniat: si rem non subsequuntur.

Septenarius numerus quem Græci modo hebdomada: modo Heptada appellant: uirtutibus potestatibusq; innumeris præditus esse traditur: de quo nonnulla carptim libasse ab re: quam molior non fuerit alienum. Et illud imprimis, quod is numerus septē in cœlo facit stellas: quas græco uocabulo planetas uocamus: quasi erraticas, Nigidius errones appellat. Septē in tauro uirgiliæ. Septem in polo arcti co triones sunt. Septem circuli circum axis longitudinem. In zodiaco quoq; potentia septenarii potentissima. Nanq; solstitium a bruma, æquinoctium ab æquinoctio fiunt septimis signis. Et cū in genituris quattuor sint mundi cardines ut docet Firmicus Maternus: mediū cœli imū cœli, ortus Horoscopi & occasus. Omnes hi septenario numero & diametrali radiatione sese uicissim contuētur. Quin etiā septimus conspectus qui fit a septimo zodio hoc est signo plenissimus potētissimusq; habet: qui ut auctor ē Censorinus quosdam iam maturos infantes educit in lucem, q græce ἑπταμηνοι latine septimestres appellant, quia septimo mēse nascunt: Ante quē neq; masculus neq; fœmina salubriter nasci potest. Ad hominnes quoq; gignendos cōformandosq; uis numeri septēnarii ptinet ut. M. Varro, Gellius, Macrobi9: Cæteriq; clarissimi cōditores, pdidere: Nā cū i uterū mulieris genitale semē datū ē: primis septē dieb9 cōglobatur coagulaturq;, fitq; ad capiendā figurā idoneū

Super septenario numero notabilia

Quatuor mūdi cardines.

Septimestres.

Egreſſos quoq; ex utero materno numerus ſeptēna
rius ſuſcipit ac comitatur:poſt partum an uicturus ſit
infans ſeptima hora decernit.A ſeptimo die nomina
infantibus imponuntur:tanquam ſaluti pucrili tunc
primum fidendum ſit/ut docet Ariſtoteles in ſepti/
mo de animalibus/plurimis ante diē ſeptimū pereū/
Dentitiones. tibus.Poſt ſeptimum menſem fiunt dentitiones inci
piuntq; dentes mandibulis emergere:poſt annos ſe/
ptem primi dentes cadunt. Aliis ad cibum ſolidum
ſubnaſcentibus atq; ſuccedaneis.Septimo quoq; an
no plene abſoluitur integritas loquendi/unde & ſe/
Septē uocales. ptem uocales apud græcos in uſu ſunt:licet quinque
pro ſeptem latinitas tantum uſurpauerit.Annis uero
Albertus Magnus bis ſeptennis pueri pubeſcunt.fitq; initium genera/
tionis/quod & Albertus Magnus memorat in octa/
uo de animalibus.Annis ter ſeptēnis genitura fit pol
lens atq; robuſta/& ut inquit Plinius. Creſcit homo
in longitudinem.quarta annorum hebdomade in la
tum quoq; fit creſcendi modus.quinta omne uirium
& roboris completur augumētum.In ſeptimo anno
rum ſeptēnario ut ſaltuatim decurram ſummatimq;
delibem: prudentia & lingua conſumatur:ut refert
Ariſtoteles. Ariſtoteles in ſeptimo Politicorum: & ut annotant
Eruditi:ſeptem ſepties multiplicati faciunt ætatem:
quæ proprie perfecta habetur & dicitur. Cum uero
decas Heptadi iungitur ideſt decies ſeptem anni cō/
putantur:qui ſeptuaginta ſunt:hæc a Phyſicis credi

tur meta uiuendi. Et hoc uitæ humanæ perfectũ spa Meta ui-
tium terminatur. Quod quisquis excesserit ab omni uendi.
officio uacuus ut inquit scitissime Macrobius: soli
exercitio sapiētiæ uacat. Et omnem usum sui in sua-
dendo habet. Aliorum munerum uacatione reueren
dus. Præterea Medici autumant in hominibus ue-
nas uel potius arterias numero moueri septenario:
Discrimina etiam periculorum in morbis maiore
ui fieri putant diebus septimis/eosq; maxime obser-
uāt: quos κριτικουσ η κρισιμουσ. Idest iudiciales ap-
pellant. propterea ꝙ ut interpretatur. Cor. Celsus tūc Cretici
de ægris iudicatur: Hippocrates septimum quenq; dies.
diem ut efficacissimum apprehendit. liber Galeni est Hippo-
de diebus Creticis siue Criticis: quo septimum diē. crates.
diebus omnibus iudicialibus antecellere tradit potē Galenus
tia & nobilitate. Verum dies in morbis septimi ma-
xime Crisimi idest iudicatorii sunt siue ut elegantius
loquar decretorii. Ita per omnē uitam septimus qsq;
annus periculosus & uelut Crisimos est: quem scri- Dies de-
ptores clictamericum quasi scalarium siue scansilem cretorii.
nominitant. Sed ex his genethliaci difficillimos peri
culosissimosq; Climacteras duos prodidere annum climacte
scilicet undequinquagesimum: quem complent an- rici.
ni septies septenni: & annum sexagesimum tertium:
quem hebdomades nouem conficiunt: qui ab ægy-
ptiis Androclas dictus est: ex eo quod omnem uiri Andro-
substantiam frangat atq; debilitet: Cuius mentionē clas.

facit & Firmicus Maternus in tertio Matheseos: Et olim diuus Augustus epistola quadam gaudiũ animi testatus est: ꝙ tertium & sexagesimum annũ euasisset communem seniorum omniũ. præter hæc summus modus adolescendi humani corporis est septem pedum. Et quibus inedia mori decretum est septimo

Septẽ curricula.

demũ die moriunt̃. Adde ꝙ septem fuerunt spectacula in orbe terrarum mirãda: ꝙ septem curricula ludorum Circẽsium solemnia. ꝙ septem duces ad oppugnãdas Thebas profecti. Et ut hæc tam longo repetita principio ad rem nostram accommodentur. Septem sapientes Græciæ famigerati extitere, quib9 nomen istud dedit superior ætas, ut Ausonii uerbis

Nomina septem sapientũ.

utar, nec secuta sustulit, quorum nomina sunt hæc. Solon Atticus. Chilon Lacedæmonius. Cleobulus Lindius. Thales Milesius. Bias Prieneus. Pittacus Mithileneus. Periander Corinthius. Hi non patum multa sapiẽter & salubriter ꝓcepere publicę mortaliũ utilitati ꝓspicientes: Ex quoꝝ thesauris totidẽ aureas sententias, quot ipsi sunt Sapiẽtes hodierno die promemus orsi a Solone Nomotheta, hoc est legũ conditore clarissimo sapiẽtissimoqꝫ: cui ut inqt Ausoni9. Fama septem sapientum palmam dedit.

Sentẽtia Solonis.

Est igitur Solonis ista sententia, ac salutare documentum τελοσ οραμ μακρου βιου hoc est spectare uitæ iubeo cunctos terminum: id Creso Regi dictum omnes homines sibi dictũ putent: iubet Solon

ſpectādum eſſe finem uitæ:& ex eo beatos aut miſeros mortales dicēdos: Tanq̄ ante ſupremū diem beatus nemo dici merito poſſit. Sententiæ Solonis ſubſcribit Ouidius illis uerſibus uulgatiſſimis. Sed ſcilicet ultima ſemper Expectāda dies homini eſt diciq; beatus Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. Ita eſt profecto ut inquit ueriſſime Plinius. Alius de alio iudicat dies: ſupremus de omnibus: ideoq; nulli credēdū eſt: & ſi uerū facere iudicium uolumus ac repudiata omni fortunæ Ambitione decernere mortalium nemo dicendus eſt felix. Tu qui robore corporis & ualetudine ꝓſperrima te beatū ducis reſpice uitæ terminū: neſcis q̄d ueſper ſerus uehat. Nāq; febricula: uulnuſculū uiperę dēticulus ulcuſculū poſſunt uel Milonis uires: uel Iunii Valētis lacertos uel Ruſticelli Romani Herculis robur ſubneruare: & unius dieculæ ſpacio omnē: qua prius fidebas fortitudinē depopulari. Quin tantulo caſu extingui potes: Et ſicut Anacreon acino uuæ paſſæ ſtrangulari: ſicut Fabius ſenator in lactis hauſtu uno pilo ſuffocari: Scito nihil fragilius homine eſſe: nihil imbecillius. Tu q̄ latifundia ingentia poſſides & diuitiarum opulētiis ſuffarcinatus incedis oſtentator inſolens: & iactanticulus: ſpecta uitæ exitum. Scito bona fortunæ mobilia eſſe: fluxa: inſtabilia: quæ prout repēte dantur: ſic etiam repente adimuntur. Cogita multos te ipſo longe opulentiores aquam & panem emendicaſſe: & ut

Specta uitæ terminum.

Acino uuæ ſtrāgulat⁹ Anacreon.

Digitized by Google

Senecę uerbis ūtar locuples es nunquid ditior Pompeio? Cui defuit panis & aqua: qui fame & siti periit: Tu qui fortunæ alumnum immo partum te esse existimas: qui principatu & opibus polles: Cui ex animi sententia cuncta prosperrime succedunt: finē uitę respicito. Cogita quod quiuis beatus uersa fortunæ rota ante uesperam potest esse miserrimus. Cogita multos in medio cursu florentium gloriarum fuisse pessundatos. Et a sūmo culmine dignitatis excussos ex beatis ut uulgo credebantur factos repēte miserrimos. pręsto sunt innumera felicitatis fluxæ & fortunæ uariantis exempla. Ex quibus duo: aut summum tria ad præsens retulisse sufficerit.

Ex beatis miserrimi.

Dionysius ex rege rhetor

Dionysius Syracusanus gentium quondam terror regno deuolutus Corinthi ludum litterarium exercuit: seq; eo artificio sustentauit: filius Persei Macedonum regis artem ferrariam ob querendum docuit uictum: Verum ne longum faciam Cresi Lydorum Regis opulentissimi historiā breuiter summatimq; percurram: Ad hoc negociū prope peculiariter pertinentem. Solon decennali illa peregrinatione cum Sardis ad Cresum peruenisset hospitaliter in regiam exceptus est. Et cū iussu Cresi omnes thesauri oīsq; regia supellex eius oculis contemplanda preberent. Et cum ipse rex omni ornatu pretiosissimo sese excoluisset sublimiq; in solio cultissimus sedisset, ferūt interrogatum Solonem ecquod formosius unquam

Cresi historia.

ſpectaculum uidiſſet reſpondiſſe gallos gallinaceos: phaſianos atq; pauones ſe uidiſſe.naturali enim eos flore & inenarrabili formoſitate ueſtiri. Præterea qđ facit ad cauſam:Creſus Solonem percontatus ē quē hominum beatiſſimum uel ut quidam tradūt quem hominem ſe ipſo beatiorem uidiſſet: Tum Solon citra aſſentationem omnem Tellum municipē ſuum ſe uidiſſe reſpondit docens Tellum optimum uirum fuiſſe filioſq; ac nepotes probatiſſimos habuiſſe:qui cum integerrime ſanctiſſimeq; uixiſſet:& hoc eui qđ longiſſimum mortales degunt feliciter traduxiſſet: pugnans ſtrenue pro patria hoſte in fugā uerſo mortem pulcherrimam oppetierat.Iterū Creſo ſciſcitante quēnam ſecundum a Tello beatiſſimum uidiſſet. Cleobem inquit & Vitonem qui cum dies feſtus Iunonis apud Argiuos foret,oporteretq; matrem illoꝝ ad ſolenne ſacrificium curru uehi morarenturq; iumenta:tunc ipſi iugum ſubeuntes:& uicariam boum operam obeuntes,in fanum matrē aduexerunt:omnibus tantam pietatem laude celebrantibus. Tunc mater precata Deum dicitur ut illis premium daret pro pietate quod maximum homini dari poſſet a Deo. Poſt hanc precationem epulati cum parente adoleſcentes cū ſomno ſe dediſſent non ſunt amplius excitati inuentiq; ſunt mane mortui:optimo genere mortis defuncti.Tunc Creſus indignabundus conturbatuſq; adeo ne inquit o Solon tibi pro nulla contēni-

Tellus atheniēſis.

Cleobis, Biton.

tur nostra felicitas:ut ne priuatis quidem uiris nos æquiperandos ducas? Et Solon cuius ingenium minime erat adulationibus accõmodatũ o Crese inquit calamitosus est homo:neq; ante obitum beatus ẽ dicendus. Cum uiuentis felicitas/ut certantis uictoria instabilis incertaq; sit. Et omnis rei oportet inspicere exitum/quo sit euasura:quoniã multos deus:quibus fortunã subscripserat arriseratq; paulisper radicitus euertit:Hæc cum Solon prope diuinitus disseruisset dimittit̃ pro indocto despectissimoq;:qui bonis presentibus prætermissis iubet spectandum uitæ terminum. Sed q̃ uera foret Solonis sentẽtia euentus ostẽdit. Nanq; haud ita multo post Cresus cum Cyro Persarum Rege depugnans prelio superatur. Capiturq;:incendio destinatus pyræ flagranti superponitur. Tunc cum mentẽ subiisset Solonis recordatio dictitãtis ex uiuẽtibus beatũ eẽ neminẽ. Ter ingenti sono exclamauit o Solon/Solon:q̃ iterrogatus quã ciendi Solonis causam haberet seriẽ per oẽm cuncta Cyro edisserit. miseratur ille uimq; fortunæ uidens cum se quoq; hoĩem esse nosceret laudat Solonem: Cresum in amicis habet:quem secum iubet reliquũ quod esset uitæ degere. Ita uisus est Solon eadẽ oratione Alterum seruasse ex regibus:cautiorem & prudentiorẽ alterũ reddidisse. hęc ex Herodoto/Plutarcho/Laertio/Luciano/Ausonio. M. Tullio cæteris. hinc exiit illud Satyrici poetæ.

Exclamatio Cresi.

Et Cresum quem uox facunda Solonis:
Respicere extremæ iussit spatia ultima uitæ:

Secũdũ hãc Solonis sententiã uidet̃ dici posse beatus clarissimus Iuriscõsultorum & legalis doctrinæ thesaurus socer meus Vincentius Palęotus. nunquã a me sine honoris noĩatione nominandus: qui animi dotibus cultissimus diu inter legales professores obtinuit in hoc gymnasio primatum: stare ĩ fastigio esse summi subselii uirum q̃ dulce q̃ iucũdũ sit sciũt illi qui eminent: quibus datum est in doctrinarum arce consistere. idem diuitias bono modo partas reliquit lucul&etas: quales inter felicitatis munera numerat Plato: & Metellus expetiuit. Domus uero Iurisconsulti cũ sit totius oraculum ciuitatis: Ianua uestibulum soceri mei perinde ac alterius Mutii Sceuolę maxima quotidie frequentia consultorũ ac summorum hominũ splendore celebrabat̃: principi autem placuisse cũ maxima laus sit summusq; honos: socer meus illustrissimo principi nostro Io. Bẽtiuolo adeo carus adeo iucundus fuit, ut sine illo cœnare iucũde non posset, ut edulia omnia sine illius condimentis insulsa ingratiq; saporis esse uiderent̃. erat. n. fabulator elegãtissimus, ac fandi dulcissimus, q cũcta principalis mẽtis nubila dictorũ tẽpestiuitate discuteret, & facetosa urbanitate exhilaret, qui merito uir oĩum horarũ dici poterat, id qđ de Asinio Pollione seriis iocisq; accommodato dictum est. Ad hæc cũ omnis

Beatitas soceri uincentii palęoti.

Dom9 iuris cõsulti oraculũ ciuitatis.

Cõuictor prĩcipalis

Vir oĩum horarum

beatitas ſine ſobole manca ſit & mutila/ut auctor eſt Ariſtoteles in primo Ethicorum:ex hac quoq; parte ſocer meus felix cenſeri poteſt: qui cum ex duabus uxoribus primariis fœminis liberos ſex & triginta ſuſceperit undecim ſuperſtites reliquit:& cum meta uiuendi homini eſſe dicat Annus ſeptuageſimus:cũq; felicitas ſit in felicitate mori/ipſe hunc terminũ trãſcẽdens annos impleuit tres & ſeptuaginta ſenioq; beatiſſimo atq; honoratiſſimo degens nuperrime deceſſit alui profluuio:quod genus mortis ſane leniſſimũ eſt.quo & maximi Romanorum Imperatores obiere:acceſſit & hic quoq; cumulus conſumandæ hominis felicitati:ut feretrum ſubierint filii octo pientiſſimi/ut paternum cadauer in ędem diui Iacobi ad ſepulchrum uſq; humeris hora ueſpertina ex ritu Priſcorum deportauerint miniſterio ueſpillonũ ac ſandapilariorum laudabiliter fungentes:quod uni Metello Macedonico contigiſſe inter rara felicitatis humanæ exempla memoratur.Libuit ex amoris affectu/qui potentiſſimus eſt/quo ſocer genero parentis loco eſt:in hoc diuerticulum non minus fauorabiliter q̃ tempeſtiuiter excurrere/ut quem uiuẽtem reuerenter colui/pieq; dilexi/eundem defunctum pro uirili parte commendem poſteritati:quãq̃ uiuit uigetq; fama doctrinarum:florent atq; in manibus habentur conſultiſſima ipſius reſponſa.Sed cum ad mentionem defunctorum teſtemur/ut inquit Plinius/me

moriam eorum a nobis non sollicitari: Iam ad propositum redeamus. Vltramundanum Deum precãtes ut manibus soceri tribuat certum in cœlo locum ubi beati sempiterno æuo perfruãtur: ut ita inter immortales beatissime agat sicut inter mortales felicissime uixit.

Aristoteles in primo Ethicorum Solonis hanc de spectando uitæ fine sentẽtiam reprobat repercutitq; ut absurdam qui beatos uiuentes dici debere autumat non defunctos: cum felicitas operatio quædam sit. Solonis & illæ sententiæ sunt. Rege cum prius di diceris regi: rationem ut ducem sequere. Nolito malis congredi. Deos uenerare, parentes reuerere, leges aranearum telis simillimas esse dicebat: ut enim illas infirmiora animalia tenere, ualentiora transmittere. Ita his humiles & pauperes constringi: diuites & prepotentes non alligari. Quidam hoc Anacharsi attribuunt. Idem eos: qui apud Principẽ plurimum pollerent essentq; maxime fauorabiles calculis ratiocinatorum comparare solebat. Nanq; ut illi interdum maximum numerum interdum minimum designãt Ita & illos prout principibus libitum fuerit. Aliquãdo illustres & inclytos haberi. Aliquando obscuros & ingnobiles. Quãdoq; posse totum. quandoq; minimum: Cui consimile Orontis Artoxersis generi Apophthegma accepimus: sed iam tempus est ut primo curriculo decurso Lacedemonium cursorem spe

Sentẽtiæ Solonis.

leges araneis similes.

ctemus. Quemadmodum celeritate quadam peculiari ad metam festinabundus properet.

Laconibus semper breuiloquiũ cordi fuit: quod laconismon uocãt: unde Chilon breuiloquus sic inquit γνωτι σαυτου. latine dicitur nosce te ipsum. siue ut interp̃tat̃ diuus Hieronymus scito te ipsum: hoc Chilonis præceptũ tam salutare est: tãq; ad cunctos generaliter pertinẽs ut in templo Apollinis delphici litteris aureis consecratum merito fuerit: ut & ipsi deo ascribatur: qui cõsulenti ab beatitatem: quo itinere perueniret si te inquit cognoueris: Ignorantia enim sui ut inquit Plato uolumine de legibus tertio perniciosa est: Plautus ĩ Pseudolo ait in foro uix decimus quisq; est: qui ipsus sese nouerit. adeo pauci sunt qui nouerint semetipsos. Nos igitur in pręsentia fecerimus operæpretium si curiose trutinabimur atque dispiciemus quemadmodum homo seipsum noscat. Cuius sententię intellectus atq; interpretatio latissime diffunditur. Et ad res prope sexcentas apposita est.

Laconismos.

Nosce te ipsum.

Ignoratio sui pnicio sa.

Solomon in cantico canticorũ ad animã quasi ad mulierẽ sub cõminatione loquens dicit. Nisi cognoueris temetipsam o pulchra inter mulieres. Admonetur anima ex Solomonis pręcepto ut noscat semet ipsam: ut impleat Chilonis oraculũ γνωθι σαυτου nosce te ipsum. dicitur autẽ anima qui est homo uerus & homo interior ab ecclesiasticis scriptoribus nũ

Interior homo anima.

cupat̃: Agnitionẽ sui capere si intelligit q̃d sit/& qualiter moueat̃: id ẽst quid in substãtia/quid in affectibus habeat: utrũ sit sanguis ut Zeno credidit: An spiritus ut Hippocrates/utrũ ignis ut Hipparcus: an aer ut Anaximenes. An enthelechia ut Aristoteles. An essentia αυτοκινητοσ id est seipsum mouẽs ut Plato. Vtrum facta sit/an omnino a nullo sit facta: & si facta quomodo facta utrũ p traducẽ seminis corporalis ut origo eius pariter cum origine corporis traducat̃: quod sentit Tertulianus: & idem sensisse Lactantiũ autumat Ruffinus. An perfecta extrinsecus ueniens parato iam & formato intra uterum genitalem corpori induatur: Et utrum nuper creata ueniat in corpus. An prius & olim facta ob aliquã causam ad corpus sumẽdũ uenire existimetur: quod credidit Origenes Adamantius. Ignoratur enim quæ sit natura Animai: ut inquit Lucretius. Et ut auctor ẽ Lactantius/nondum inter philosophos conuenit quid sit anima. nec unquã fortasse conueniet. Item homo cognoscit semetipsum quando disquirit an mortalis sit/& una cũ corpore intereat: ut Epicurei persuasissimum habuerunt & Sadducei existimabãt. An ĩmortalis: ut omnium nobiliũ Philosophorũ scholæ cõclamãt: nũ aliud post mortẽ corpus assumat: quod Pythagoras asserit: & Pythagorici dogmatis assertores affirmãt: apud quos palingenesia id est regeneratio & metempsycosis hoc est trãsanimatio celebrantur.

V..ia dẽ anima.

Ignorat̃ natura animæ.

Palingenesia

Metẽpsychosis.

Prȩterea cognoſcit ſe ipſum homo quãdo noſcit quȩ agenda ſint quæ cauenda:quid ſibi deſit quid abundet,quid emendandum ut uituperabile,quid ſeruandum ſit ut laudabile.M.Tullius in prima Thuſculana præceptum inquit Apollinis quo monet ut ſe quiſq; noſcat:non præcipit ut membra noſtra,ſtaturam figurãq; noſcamus,neq; nos corpora ſumus,ſed cum dicit noſce te hoc dicit noſce animum tuum.Nã corpus quaſi uas ẽ animi aut aliquod receptaculum ab animo tuo quicquid agitur,id agitur a te. Item in epiſtola ad Quintum fratrem. illud γνωθι σαυτον noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum.uerum etiam ut bona noſtra norimus. Item in quinto de finibus bonorum. Iubet nos Pythius Apollo noſcere nos metipſos. Cognitio autem hæc eſt una,ut uim noſtri corporis animiq; norimus:ſequamurq; eam uitam: quæ rebus ipſis perfruatur. Plato in Charmide prȩceptum hoc interpretatur noſce te ipſum:id eſt temperate uiue.tanq̃ ſe ipſum cognoſcere temperantia quædam ſit.Et ita homines tẽplum ingredientes ſingulari hac ſententia deus alloquitur,nihil aliud præcipiens q̃ uiuere temperanter. Præterea illud γνωθι σαυτον illũ habet intellectũ ut norit quiſq; quid ſe potiſſimum deceat: quod ad omnem ſexum,ad conditiones omnis hominum referri poteſt.Tu qui princeps es,cuius nutu cũcta geruntᷓ,noſce te ipſum.Cogita te eſſe ποιμενα λαων

Corpus uas animi.

hoc est pastorem populorum:cuius tutelæ salus sub- ditorum commissa est. Noscito princeps te esse ani- mam ciuitatis illam corpus tuum. Te omni indulgē tia fouere oportere ciues tuos & reip. magis q̄ priua- tæ consulere. Vt gubernatori cursus secundus, medi- co salus, imperatori uictoria, sic prīcipi & reip. mode ratori beata ciuium uita proposita est: ut opibus fir- ma copiis locuples uirtute honesta sit. Olim legati Scytharum Alexandro Magno dixerunt: si deus es tribuere mortalibus beneficia debes, nō sua eripere. Sin autem homo es id quod es semper esse te cogita: stultum est eorum meminisse propter quæ tui obliui sceris. Tu qui magistratus es nosce teipsum. intelli- ge te gerere personam ciuitatis debere. Et iura fidei tuæ esse cōmissa. Tu scholastice qui legū: qui ponti- ficii iuris, q philosophiæ, q medicinæ, q eloquētiæ es candidatus: scito te ipsum, nosce te intus & in cute ut dicit: ingeniū tuū solerter introspice: & uide cui disci plinæ sis idoneus. Nam ut scite præcipit Oratius.

Tu nihil inuita dices faciesq; Minerua.

idest aduersante & repugnāte natura: ut interpretat M. Tullius. Olim Isocrates Ephorū discipulū a fo- rensibus causis subduxit cōponendis historiis accō- modatiorē ratus, male enim respōdēt coacta ingenia reluctāte natura irritus est labor. Ideoq; ut monet Se neca inclinādū est eo, quo te uis īgenii refert: hinc p̄- bari accipim9 Alabādēsem Apolloniū: qui cū mer-

Princeps pastor populorum

Medico salus proposita.

Scitū legati scytharum.

Scholasticus norit ingeniū suum.

Isocrates Ephorus

cede doceret/tamē nō patiebatur eos quos iudicabat nō posse oratores euadere/operā apud se perdere/dimittebatq;:& ad quā quēq; artē putabat esse aptū ad eam impellere atq; hortari solebat. Scriptor in omni genere doctrinarū noscat semet ipsum & ingenii sui uires ante perpēdat:& ut salubriter præcipit Oratius quid ferre recusent quid ualeāt humeri diu secū uersēt.qua in re dii boni q̄ multi peccant atq; cęcutiunt: qui nec se satis noscunt nec sua.Tu qui inhias honores ambis pręfecturas nosce te & dic tecum nūquid sis dignus illis fascibus/ad quos tam sitiēter anhelas.

Dictum Metelli ad mariū

Recordare id quod olim dixit Metellus Mario:quē ad consulatum festinantem & ob id missionem flagitantem monuit.ne super fortunam animum gereret:nō omnia oībus cupiēda esse:debere illi res suas placere. Opifices/cerdones norint semetipsos. meminerint tenere se intra pelliculam. Et ut inquit ille in propria pelle quiescere.

Sutor ne supra crepidam.

Sutor ne supra crepidā iudicet/ut pręcepit Apelles:Quod medicorum ē promittant medici/tractēt fabrilia fabri. Naturæ noscat semina quisq; suę:unus qsq; sua nouerit ire uia:& ut

Quā q̄sq; nouit artem.

uetus uerbū ē:Quā qsq; nouit artē i hac se exerceat. Sulmonēsis poeta in libris de arte huiusce oraculi sic meminit.Fama celebrata per orbem littera cognosci quę sibi quēq; iubet, Vbi monet iuuenes ut ī amatoria palestra norint semetipsos.Nam qui sibi notus erit solus sapienter amabit:satyrographus e cœlo de-

Digitized by Google

ſcendiſſe prodidit hoc.γνωθι σαυτον. Quod præcipit intimis precordiis eſſe figendũ & memori ſeruandum pectore:ſiue coniugium quæras/ſiue cauſam agas/ſiue ſenator eſſe uelis.Neq; enim loricam poſcit Achillis Therſites.quin etiam ſi quid empturus es noſce te:nec mulum cupias qui piſcis eſt pretioſiſſimus/cum ſit tibi Gobio tãtum in loculis.buccæ noſcenda eſt menſura ſuæ ſeruandaq; rebus tam magnis q̃ minimis.uerſiculus græcus eſt uice prouerbii celebratus. Iuuenalis

τογνωτι σαυτονπανταχοῦ εστι χρησιμον.
quod ſignificat noſce ſe ipſum ubiq; eſſe frugiferũ. Et nullũ mehercule pôt eſſe pceptũ cõducibilius.& quod in uniuerſum ad omnia melius accommodari poſſit q̃ hoc.Quod ſi unus qſq; ueſtrũ in omnibus actionibus ſuis habuerit in memoria atq; in pectore pleraq; agetis utilius inoffenſiuſq;. Chilonis & illæ ſententiæ celebrant̃.In uia non feſtinandũ.inter loquendũ nõ agitandã manũ quoniã id uecordiæ ſpecimen eſt:linguã in cõuiuio cõtinẽdã:dãnũ potius q̃ turpe lucrũ eligendũ.iracundiam ſuperandam. In uia nõ feſtinãdũ

Sed iã a Chilonis curriculo ad Cleobulũ ſtadiodromon trãſeamus.is igit̃ ſententiã illã bracteatam & uere auream cõdidit αριστον μετρον.Quod latine interpretatur optimus eſt modus.huc pertinet illud quoq; græce dictum. μηδεν αγαν id eſt ne quid nimis:quod tam celebre factum eſt.ut comico Sentẽtia Cleobuli Optimus eſt mod9. Neqd nimis.

quoq; Terentii uersiculo expressum sit:id arbitror apprime in uita esse utile:nequid nimis. Plinius Chilonis præceptũ esse autumat nihil nimiũ cupere. Sed id siue ab hoc siue ab illo dictum sit parum refert: Et nihil ad nos. dummodo constet dictũ esse & sapienter & a sapiente:porro autem quid sapiẽtius quid salubrius pręcipi potest:q̃ modũ esse optimum eũq; in rebus omnibus custodiendũ. Nam loquendi & tacẽdi/uigilandi & dormiendi optmus est modus. studia labores/cultus/supellex. deniq; quicquid in omni uita est modũ istũ mediocritatẽq; requirunt: tanq̃ rem rerum omniũ optimã saluberrimãq;. Plinius perniciosissimum esse inquit in omni uita quod nimium:

Plinius. Plautus in Penulo modus omnibus in rebus soror

Plautus. optimus est habitu:nimia omnia nimiũ exhibẽt negociũ hoĩbus ex se. Plinius minor. Optimus inquit modus est. quis negat. Quintilianus in quarto. modus ubiq; custodiẽdus est. Plato in Menexeno præcipit parendũ esse ueteri prouerbio qđ ĩẽ μηδεν ἀγαν id est nihil nimis:ut siue pecunias homo nãciscatur ac filios/siue amittat/neq; lętitia ĩmodica exultet/neq; dolore nimio cõflictetur. Philosophi tradũt

Virtutes mediocritates. uirtutes esse mediocritates/quod grece dicũt. τας αρετας μεσοτητας ειναι. Aristoteles in Ethicis quid aliud docet q̃ uirtutẽ esse mediocritatem in

Aristoteles. meditullio excessus ac defectus collocatã. ut quicqd a modo medioq; recedit id inter uitia sit anumerãdũ

Digitized by Google

qđ Oratius poeticis nemeris eleganter cōplexus eſt: Virtus ē mediū uitiorū & utrinq; reductū. Itē in ſermonibus. Eſt modus ī rebus ſunt certi deniq; fines. quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum. Schola omnis eruditorū clamat cuncta ferme ad mediocritatem referenda: quam merito auream appellant, quæ oratiano preconio ſic extollitur. Aureā quiſquis mediocritatē deligit tutus caret obſoleti ſordibus tecti caret inuidēda ſobrius aula. M. Tullius mediocritatem in ueſtitu ſicut ī pleriſq; rebus optimā eſſe precipit. hinc nimirum Heſiodus dimidiū plus toto eſſe intelligi uoluit: cum ait πλεον ἥμισυ παντος: qa uidelicet moderatū īmoderato melius ē: & ita Plato enodat Heſiodicū ſcirpū, qui libro tertio de legibus & in quarto de rep. ſcribit rectiſſime dictum eſſe ab Heſiodo dimidiū plus eſſe q̄ totū quando uidelicet totum comprehendere noxium eſt: dimidium uero temperate ſe habet: docetq; principatū moderate cōſtituendum eſſe & ad mediocritatem redigendum. Conſimiliter Ariſtoteles in quarto Politicorum dimidium eſſe plus toto docet: ex eo quod gubernatio moderata durabilior ē & melior q̄ īmoderata. Extat in appendicula cōmētariorū noſtrorū in Trāquillū interpretatio explicatior ſuper hoc Heſiodi paradoxotato. Quod moderatum immoderato anteponendum & optimus in principatu modus ſit euidenter oſtendit exēplū Thepompi dignū memoratu: q cum

Virtus ē mediū uitiorum.

Dimidiū plus toto

Paradoxotatō heſiodicum

Exēplū Theopōpi.

Ephori. esset Rex Sparthanorum Ephoros primus instituit. Qui ita regiæ potestati apud Lacedęmonios oppositi sunt: sicut apud Romanos Tribuni plebis consulari imperio obices & refractarii opponebãtur. ob id cum uxor maritũ criminaret dicẽs eum relictuꝝ filiis minorẽ potestatẽ, fertur Theopompus laudabilẽ uocem emisisse. Relinquã inquit minorẽ filiis potestatem o uxor sed diuturniorẽ. hoc idem sensit Alexander Romanoꝝ imperatorũ moderatissimus: qui cũ ei mater Mãmea & uxor Memia nimiã ciuilitatem ac moderationẽ in principatu agẽdo obiectarẽt: & sæpe dicerẽt: molliorẽ tibi potestatẽ & cõtemptibiliorẽ imperii fecisti. Scite respõdit sed securiorẽ atq diuturniorẽ. huic dies nunq̃ transiit quo non aliquid mansuetũ, ciuile, piũ fecerit: qui ueluti sententiã illam probãs: qua dicitur, moderata durant. Tantę fuit moderationis ut omnibus se blandũ affabileq̃ pberet.

Dictum Alexãdri romani.

Aristoteles in problematis ad medicũ pertinentibus secunda inquit ualetudo mediocritas quædã est frigido & calido, humido, & sicco: ex q̃bus corpora mortalium compacta sunt, temperatis & mediocritate quadam congruẽtibus: quoꝝ defectus, uel excessus morbos gignit ut medici tradunt. Et ut auctor est Plato in Timeo elementa siue principia ex quibus constamus: per excessum defectumq̃ ex proprio loco in alienum translata intestinam quãdam seditionem & egritudines inferunt. Inde. n. fit: ut ĩmodice aut cale

Sanitas mediocritas.

Plato ĩ timeo.

ſcant frigida:aut madeſcāt arida/Et cætera omnia ſimiliter permutentur. Et ita mediocritate ac tēperamēto de corporibus ſubducto mutationes uariæ/morbi/corruptiones prope īfinitæ irroborāt atq; inualeſcūt. huius platonicæ ſententiæ teſtimoniū citat Galenus in primo de elementis:cui ſubſcribit ſchola medicorum.& Cor.Celſus aſtipulat̃:qui ſic refert in primo ex quattuor principiis uel ſuperans aliquid uel deficiens aduerſam ualetudinē creat: Columella quoq; libro quarto agricolationis opus ē inqt inter has tam diuerſas inæqualitates magno tēperamēto:quod in corporibus noſtris quoq; deſideratur:quorum bona ualetudo calidi & frigidi.humidi & aridi denſi & rari certo & quaſi examinato modo continet̃.Galenus in libris cōplexionū.Cōplexionē æquabilē ac moderatā dicit eſſe optimā.Nō me præterit cauſas morborum pluriſarias a medicis ꝓponi: quarū alias uocāt abditas alias euidētes:& Hippocrates in libro de flatibus ſpiritū morboꝝ oīum patrē & auū nūcupat:uerū ex cūctis id colligit̃ qđ initio ꝓpoſitū eſt.ſanitatē mediocritate ſubſiſtere:optimū eſſe in rebus humanis modū:īmoderata reprēſibilia:qđ adeo uerū eſt: ut ſapiens inſipientis æquus iniqui nomen ferat.ultraq̄ ſatis ē uirtutē ſi petat ipſam:ut ex remediis uitia fiant ſi nimia & īmoderata ſit medicina: Qua ꝓpter diligēter etiā atq; etiā caueāt medici: q uitæ nr̄æ necíſq; impatores ſunt ne ī potionibus medicamentoꝝ:

Cor. Celſus.

Columella.

Galenus

Spiritus pr̄ morborum.

Catapotia. Alexipharmaca.

propinandis excedant modum, ut Catapotia ut Alexipharmaca, ut Antidota mixturis rerũ medicarum salutari tẽperamẽto compositis propinent: ut potius intra modũ medicina salutariter coherceatur, q̃ supra modum letaliter exuberet. Error enim in medico pestiferus est: nec patitur emẽdationem: & ut auctor est Galenus in primo simpliciũ. Medici errãtes p̃cipitauerunt secũ gentes innumeras. Cibus quo alimur & substẽtamur noxius fit corpori & exitiabilis si sit immodicus. Venæ, ut auctor est Cato Portius, sufflatæ ex cibo non possunt perspirare in toto corpore: unde aliquis morbꝯ nascit̃. Et ut refert Io. Chrysostomus quod in decretis quoq; canonicis repetitũ est. Abundantia cibi morbum facit, & molestias ingerit, & egritudinem generat: proinde salutariter præcipit Auicẽna inter classicos medicos clarissimus ita surgendum a mensa ut reliquiæ appetentiæ adhuc supersint. Vino quo uires, sanguis, colos hominũ alunt̃. cuius utilitatẽ Asclepiades uix deorũ potentia æquari posse pronũciauit, nihil pernicio, sius ut inqt uerissime Plinius si modus absit. Idem alibi uelut ex oraculo cecinit multo utilissimã esse temperantiam in cibis. Item inter medicinas ab homine pendentes esse ait abstinere a cibo nimio aut potu. Vino modico neruí iuuãtur. Copiosiore leduntur: sic & oculi: quid multa. Adeo antiqui modũ esse optimum in rebus crediderunt: ut in agricolatione, in qua quanto quis maiora

Cib9 immodicus noxius.

Auicẽna.

Vinũ perniciosum si modus absit.

Digitized by Google

possidet latifundia tanto fortunatior censetur: modũ agri imprimis seruandum putauerint: quippe ita cẽsebant satius esse minus serere & melius arare: super quo Lucius Columella omnis rusticationis consultissimus sic scribit. Nos ad cætera præcep ta illud adiicimus: quod sapiens unus de septem in perpetuũ posteritati pronũciauit: adhibendũ modũ mẽsuramq; rebus: idq; ut non solum aliud acturis sed & agrum paraturis dictum intelligatur: Ne maiorem fundũ q̃ ratio calculorũ patitur emere uelit. In eadẽ sentẽtia Virgiliũ fuisse animaduerto ita pręcipiẽtẽ.

Modus agri seruendus.

Laudato ingentia rura exiguum colito.

Exiguũ colito.

Plinius quoq; noster cui nihil intentatũ nihil inexp tum fuit. iudico inquit modum rerum omnium utilissimum. Quin etiam Iurisconsulti modũ in suppliciis decernẽdis probãtes salubriter pręceperunt pœnas interpretatione legũ molliendas/moderandasq; potius esse q̃ exasperandas. Igitur ne immodici imo deratiq; iudicemur cludamus modũ optimũ utilissimumq; esse rerũ omnium concinẽtes cum Sidonio Apollinari. Lindie qd' Cleobule canis modus optimus esto: item Lindie tu Cleobule iubes modus omnibus ut sit. Inter Cleobuli sententias celebriores & illæ sunt. Ingratus ne sis. amicos beneficiis fouendos inimicos amicos faciendos. Ante q̃ domo quis exeat quid acturus sit secum cogitet. Rursus cum redierit quid egerit remetiatur. Vxorem comparem eli

Iurisconsulti.

Sidonii Versus.

Vxor cõpar eligẽda.

Digitized by Google

gendam. Audiendi magis q̄ loquēdi studiosum esse oportere.

Subsequit͛ Quarto loco Thales Milesius: qui si Apuleio credimus ex septem illis sapientiæ memoratis uiris fuit facile precipuus: utpote qui Geometriæ primus repertor extiterit. Et naturæ rerꝫ certissimus explorator. & Astrorū peritissimus cōtēplator: qui aquā principiū rerꝫ esse censuit: Cui Tripos ex præscripto oraculi datus est, cū sapiēti dādū esse cecinisset: is itaq; uadimonia perinde ac noxia præcipit fugiēda: cuius hęc sūt uerba. εγγυα παρα δατη. latine dicitur, spōde noxa p̄sto est. per mille possum ut Ausonii uerbis utar currere exēpla ut probē prędes: uadesq; pœnitudinis reos: sed nolo nominatim quēq̄ dicere sibi quisq; uestrū dicat & secum putet: spondere quantis dāno fuerit & malo: Plinius inqt comitē æris alieni atq; litis esse sponsionē. Eāq; sentētiam assignat Chiloni Lacedęmonio: sunt nō parū multi Codices Pliniani in quibus nō sponsionē legas sed miseriam: utraq; lectio suos assertores habet. Plato in Charmide inscripta esse pro Apollinis delphici templo testat͛ tria hæc p̄cepta. Nosce se quēq;, nihil nimis: Et spōsioni adiūcta īcōmoda: Laertius Diogenes Chilonis inquit hæc sentētiola est: sponsioni non deesse iacturā. Sed pleriq; omnes eā assignāt ascribūtq; Thaleti. Quod & nos sequimur: De quo Sidonius Apollinaris Thales Mileto genitus

Thales.

Sponde presto est noxa.

Plato in charmide

Google

uadimonia culpat: Et aliubi: Mileto q̄ crete Thales uadimonia damnas: ex hoc saluberrimo p̄cepto admonemur cauere a sp̄osionibus: ne uerbo⁊ obligationibus uinciamur: ne predes: uades: sp̄osores q̄d detrimentosum est: efficiamur, multos redegit ad incitas & egestatē formula illa stipulationis. Mihi decem dabis? dabo. Mihi decem dare spondesne? spondeo. hoc est illud damnosum uerbum, de quo intellexit Ouidius illo uersiculo. Vadimonia culpat Formula stipulationis.

Vni⁹ ut uerbi grādia dāna ferat. hęc ē plautīa stipulatio ex Pseudolo: ubi senex stipulat̄ uerbis ita cōceptis. Viginti minas dabin? Resp̄ōdet Leno dabunt̄: & ita ex hoc uerbo obligatus uinginti minas soluere cogit̄. Vnde mox queribundus dolēter infit. Auferetur id premiū a me quod ꝑmisi per iocum. Cauete ergo hoc uerbū spondeo, cui comes est noxa, siue iactura. Cauete a stipulatione, quæ obligat ꝑmissores, quę ut diffinit Pōponius iuriscōsultus titulo de uerborū obligationibus, est uerborū cōceptio, qbus is, q interrogatur datu⁊ facturū ue se id quod interrogatus est spondet: pragmatici hoīes ī callido uersutoq̄ iure solertes, quorum aucupia sunt uerbo⁊ syllabarumq̄ tendiculæ, omnibus p̄ceptis historiis uersibus cauere iubent & uetant credere. Alterum se facere ait M. Tullius ut scilicet caueat. Alterum ut non credat se facere non posse. Vos utrūq̄ facite diligenter cauete, nec temere credite: Nam qui cauet ne decipiat̄, Plautin⁹ stipulator Finitio stipulatiōs. Tēdiculę uerborū. Cauere iubent. Credere uetant.

ut inquit Plautinus senex:uix cauet cum etiã cauet: etiam cum cauisse rarus est:sæpe is cautor captus est apud Liuium ait Philippus Macedonum Rex non omnium se fidei credere:cauendi autem credendiq; intellectus multiplex est.Et ad multa protenditur. uerbum illud uetus:non putaram.In omni negocio turpe est.Cuius comitem scitote esse pœnitentiam. Subit hac in parte admirari Priscorum diligentiã: qui reos dici uoluerũt eos: qui quid ꝓmisissent spopondissent ue.Caueamus ergo ne per sponsionem: in numero reorum habeamur:ne unius uerbi fluctu in dispendii scopulum illidamur.Thaletis & illę sententiæ circunferuntur.Antiquissimum omnium esse deum/pulcherrimum mundum/uelocissimum mentem quæ per uniuersa discurrat: sapientissimum tempus:quo omnia inueniãtur.Idem trium maxime rerum causa gratias sese agere naturæ dicebat:quod homo & non bellua:q uir & non fœmina:q græcus natus esset & non Barbarus.

Nõ putaram.

Rei dicti ꝓmissores.

Triũ cãa gebat gratias deos.

Sed iam peracto quarto curriculo:quintum decurramus/cuius quadrigarius ac ductor est Bias Prienensis:is olim filio ad Aegyptios proficiscenti pręcepit/ut εφοδιον προσ γηρασ idest uiaticum ad senectutẽ sibi cõpararet/uirtutẽ nimirũ pro uiatico intelligẽs quæ sola est certa ac uera possessio. Idem cũ patriam Prienã cæpisset hostis cæteris multa de suis rebus dum fugiunt asportantibus admonitus a quo

Bias.

dam ut idem ipse faceret:ego uero inquit facio:nam omnia mea mecum porto.huius itaq; Biantis est illa sententia:οι πλειστοι κακοι.latine dicitur plures sunt mali:q̄ sit hoc uero ueri⁹ homo nemo gnarus sciusq; rerum humanarum est qui ambigat. Deteriorū magna natio est.ut inquit uerissime Cicero: boni uero singulares:omne tempus Clodios ut Senecę uerbis utar:non omne Catones fert:ad deteriora faciles sumus:& Catilinam ut ait Satyrographus quocūq; in populo uideas quocūq; sub axe:sed nec Brutus erit Bruti nec auūculus usq̄: Rari quippe boni numero uix sūt totidē quot Thebaꝝ portæ uel diuitis hostia Nili. Apud sodomitas ut canonicæ scripturæ prodiderunt.Decem boni inuenti non sunt: Quorum bonitate improborum uitiositas sustentari posset. Mores boni ut inquit Plautus in trinūmo sunt intermortui.Mores uero mali quasi herba irrigua succreuerūt uberrime.Cum uideris forum multitudine refertum & septa concursu omnis frequentiæ plena:scito illic tantundem esse uitiorum quantum hominū: omnia uitiis ac sceleribus plena sunt:mali inter malos uiuimus.Nobiscum bene agitur si inter pessimos nō simus.Quoties uirū bonum uidere cōtingit illi assurgito illi caput aperito:illum ut deum colito.uia uitiorum lata est,& decliuis:& ideo cūctis per uia:uia uirtutis angusta: cliuosa senticosa:& ideo paucissimis patēs.Fimbria olim iudex electus in causa Pinthiæ:

Oīa mea mecum.

Mores boni intermortui.

Mali īter malos uiuimus.

Via uirtutis senticosa.

Nõ lique re de uiro bono.

qui sponsionẽ fecerat:quod uir bonus esset:iudicatu illo supersedit dicens non liquet:Quoniam ut uir bonus aliquis sit/ea res innumerabilibus officiis & laudibus continetur: ut dicere solebat Pittachus perdifficile est bonum esse:quidam malos interpretant

Mali imperiti.

imperitos & barbaros:qui ius æquum sacros mores negligunt:tanq̃ plures dixerit Bias esse imperitos ac iniquos:Quod euidẽtissime planũ est:quotus enim quisq; aut peritus aut peritiæ est affectator? quotus quisq; studet ingenuis disciplinis? imperitia atq; barbaria hoc tempore grassat & uiget:explosa eliminataq; eruditione atq; humanitate. Idiotis ludibrio sũt: si qui sunt boni. Imperiti in honore sunt atq; estimatione. periti probro atq; cauillis obnoxii esse ceperũt. Magna ẽ ut dicebat Tusculanus Cato uirtutis incuria. Si mali imperiti boni consequẽter periti dicent: & quis non uidet inter mille uix millesimum bonũ hoc est peritum merito dici posse? Malos ab antiquis

Mali ꝓ uilissimis.

pro uilissimis dictos esse docet Plinius sic scribens. Quonam modo inquit utilissime coluntur agri? Ex oraculo scilicet malis ac bonis. Itaque cum abaui dicerent malos intelligere uoluisse uilissimos. Quod si mali ex hoc pliniano interpretamento pro uilibus accipiunt:quis non uidet plures esse uiliores? despectiores:sordidiores. Quisquilias hominũ & retrimẽta? Exemplis res non eget:quæ luce clarior est. Nos quoquomodo mali dicantur siue improbi:siue impe

riti siue uiles elaboremus contendamus enitamur: ne intér malos enumeremur:ut sententia Biantis uanidica & mendax comprobetur in nobis. Imo enixe curemus ut simus potius similes sacerdotibus ægypti quos Piromas uocant. Est autem piromis græca lingua καλοσ καγαθοσ. idest honestus & bonus. Hic idem Bias dicere solebat. malle se inter inimicos iudicare: q̃ inter amicos. quippe ex amicis alterũ prorsus futurum inimicum. Ex inimicis autem alterum amicum. Idem interrogatus. quid nam faciẽs homo delectaretur lucrans inquit.

Piromes qui

Lucrans delectaretur.

Sexto curiculo prodeat ad cursuram Pittacus Mithyleneus: qui Phrynonẽ Atheniẽsiũ ducem monomachia hoc est singulari certamine cõgressus interemit: cũ instar Retiarii rete emisso illum implicasset. huiusce Pictaci illa est celebrata sentẽtia γνωθι καιρου latine dicit̃ noris tẽpus: uel noris opportunitatẽ siue tempestiuitatẽ. Romana uox est, ueni in tempore. Interpretatio huiusce sapiẽtissimi dicti saluberrima est: ut scilicet norimus in rebus agendis obseruemusq; opportunitatẽ. ut in tempore cuncta aggrediamur. Terentius rerũ omniũ esse primum tempus ait: reputent cuncti ut uerbis Ausonii utar quotus offensam incidat: spectata cui nõ fuerit opportunitas. Medicus in danda ęgroto medicina norit καιρου. idest tempestiuitatem. Nam ut inquit ille. Tẽporibus medicina ualet. Cõtra nihil ẽ in morbis magis periculo

Pittacus mithyleneus.

Noscete tẽpestiuitatem.

Intempestiua medicina pestifera:

ſum nec magis pnitioſum q̃ ĩmatura medicina:quod & memorat Seneca in libro ad Albinam matrem de conſolatione:præcipit Plinius noſter cauendum ne ex remediis uitia fiant:Quod euenit nimia aut intẽpeſtiua medicina. Nolo commemorare q̃ multi ita pereant dum intempeſtiua pharmaca propinantur. In cibo quoq; dando o medice γνωθι καιρου noſce quando tempeſtiuum eſt: Nam ut ueriſſime ſcribit Cornelius Celſus optimũ medicamẽtum eſt opportune cibus datus:qui quando dari debeat inter medicos non ſatis conſtar. Notum eſt illud ouidianum.

Cib9 ĩ tẽpore medicamentum.

Ipſa leget tempus:medici quoq; tempora ſeruant. καιροσ ideſt tempeſtiuitas tantum pollet.ut uinum quod alioqui noxium eſt languentibus in tempore datum medeatur. Quod Ouidius quoq; planiſſime ſignificat illo uerſu. Data tempore proſunt

Et data non apto tempore uina nocent.

Aſclepiades de uino dãdo.

Huius rei obſeruationem probe callebat Aſclepiades:qui primus uino opitulari inuenit dando ſcilicet κατακαιρου:ideſt in tempore:qui unum de uino dã do uolumen condidit. Hippocrates in Aphoriſmis & Galenus libro ſexto ſimplicium docent dolores oculorum uino meraco ſolui:quod ita interp̃tamur. ſi tempeſtiuiter detur. Tu qui aditus faciles ad principem quęris/cupiſq; uoti compos euadere. γνωθι καιρου noris oportunitatem:& quæ molliſſima fandi tempora:Cuius præcepti gnarus Poeta ſic cecinit.

Sola uiri molles aditus & tempora noras.
Plautus opportunitatē innuens efficacissimam esse in rebus ait in Pseudolo: ipsa mihi opporturniias nō potuit opportunius aduenire. Item ī menechmis nō potuisti magis per tempus mihi aduenire q̄ aduenis. Ita ego soleo/cōmoditatis omnis articulos scio. Historici prodiderunt Vespasianum id temporis fuisse facillimum indulgentissimumq; : quo in balneum tricliniumq; transibat: eaq; momenta atq; occasionē domesticos ad aliquid petēdū magnopere captasse. Consimiliter uos: qui uultis apud principem impetrabiles esse captate id tēpus: quo remissior hilarior indulgentior esse solet. Scitote plus pollere tēpestiuitatem hanc ad successus petitionum: q̄ adipem leonis: q̄ sanguinem basilisci: q̄ spondylon draconis: q̄ anguinum druydarum ouum/cæteraq; id genus promissa magicę uanitatis: Contra nō parum multi intempestiue interpellātes merito repulsam patiūtur: Quibus illud Nasonis dici potest. Non adiit apte non legit idonea credo tempora. Oratius probe callens quantum καιρὸς. idest opportunitas polleat sic scribit: Nisi dextro tempore Flacci uerba per attentā non ibunt Cæsaris aurem: idem mittens Augusto librum monet portitorem ut tempestiuiter adeat uidelicet/si ualidus si lętus erit/si deniq; poscet. Qui fabricam materiariam tractas/qui contignationes do-

Opportunitas captanda in principe adeundo.

Qn cedē da materies ne pandat.

mi struis γνῶθι καιρὸν quādo tēpestiua sit ad cedē dum materies: quam cedi tempestiuum esse luna senescente Plinius Columella. Paladius Vegetius Ceteri tradiderunt. Præterea tēpestiue materies ceditur a primo autūno ad fauonium ut docet Victruuius. a solstitio ad brumā: ut pcipit Cato. p uer arbores intēpestiue ceduntur. cum id tempus sint pregnantes: et consequenter imbecillę: sicut etiam corpora muliebria cum conceperint iudicantur infirma: Tempesti

Tēpestiuiter cesa strataq; Materies

uiter materies fit firma ac durabilis in structuris neque pandationibus obnoxia est. Conuenit autem inter eruditos utilissime sterni in coitu lunæ: quē diem alii interlunium: Alii intermestruum: alii lunæ silentis appellant: Quod si competant coitus in nouissimum diem brumæ illam eternam futuram materiā spondēt. apud Antiquos primo punico bello Classis Duillii imperatoris ab arbore excisa sexagesimo die nauigauit: secundo quoq; punico bello Classis Scipionis quadragesimo die a securi nauigauit: Tantum tēpestiuitas in cedenda materie pollet: Queret fortasse curiosus auditor cur materiem tam sepe nominauerim, nusquam lignum. siquis est qui id queęrat: ille sciat consulto me id fecisse & scienter: atque ex latinitatis elegantia: Nanque ut ex libris iuriscōsultorum didicimus & docet Vlpianus de legatis tertio. lignum dicitur quicquid comburendi causa para

tum est:Materia uero:quę ad edificandum fulciendumque necessaria est:Ideoq; lignis legatis arbores materiæ causa succisas non deberi:Idem iurisconsulti titulo de tigno iniuncto & titulo de uerborum significatione docent appellatione tigni materiam omnem contineri ex qua edificium constat:De materia siue materie in hoc significatu scatent uolumina eruditorum: Inde materiatio & materiatura Vitruuio.Inde fabrica materiaria Plinio pro tignaria Cuius inuentor fuit Dedalus.hinc ipse faber tignarius eleganti uocabulo dictus a Plauto materiarius. Sed iam tempus est ut ex uia in semitam regrediamur. Qui emit / uendit / negociatur / noscat καιρον idest opportunitatē. Emptor captet tempus ut emat paruo uenditor ut uendat magno: Etenim ut pręcipit .M. Varro tunc uendas cum caritas est. negociator ut cum lucro mercaturam exerceat:obeatque fora rerum uenalium. Amator amicam in tempore accedat cum tempestiuum est: Cum lęta puellę mens & animus ad uenerea propensior. Agricola omnem rusticationem κατα καιρον idest in tempore exerceat. Nam ut inquit poeta. Frigidus agricolam si quando continet himber Multa forent quæ mox cœlo properanda sereno / Maturare datur. Messis uindemia / oleitas / sationes / insitiones / propagationes tempestiuiter fiant. Constat frumenta si tempe-

Lignũ q̃d Materia quid

Materiatura.

Materiarius.

Vendas cũ caritas est.

ſtiue deciſa ſint/in horreo grandeſcere.contra arbores ex intempeſtiuo calore aut gelatione ſentire uredinem ſiderationem/ carbunculationem. Denique ut ſummatim explicem omnis actio/omnis uita/ ſuam expoſcunt tempeſtiuitatem/quam qui nouerit ille Fortunatius pleraq; omnia aget & commodius/ Pittaci & illæ ſententiæ ſunt. Depoſitum cum acceperis redde. Amico noli maledicere. nec inimico quidem.pietatem colito. Frugi eſto. Veritatem cuſtodito. Quod facturus es ne dixeris: quia ſi facere nequiueris rideberis.interrogatus quid infidum eēt: mare inquit: Item percunctanti quid eſſet optimum reſpondit bene agere.

Infidum mare.

Supereſt ſeptimum nouiſſimumq; Curriculum: quo decurſo ad metam prouehemur. Curſor autem progrediatur qui agmen cogit Periãder Corinthius: qui principibus ſumma ope enitendum ſuadebat ut ſi tuto uellent dominari beniuolentia non armis ſtiparentur. Ex eius penuario promptum eſt penus illud ſcitiſſimi ſaporis μελετην τοπαν ideſt meditationem eſſe totum:quippe is ſolus rei gerendæ eſt efficax: qui prius omne negocium meditatur. Nam ut inquit eleganter Auſonius locare ſedes.bellum gerere:aut pellere:magnas modicaſq; res etiam paruas quoq; agere uolentem meditari decet. Segniores omnes inceptis ſumus/meditatio ſi rei gerē

Periãder.

Meditatio totum

dæ defuit: cogitare oportet in rebus omnibus quid gerendum sit. Et enim incogitantes sors non consilium regit. Salustius dixit consulto opus esse: & ubi consulueris mature facto. Temeritas stulta & infelix est, ut inquit apud Titum Liuium Fabius Maximus. Consultatio meditatioq; rebus consulunt & priuatis & publicis. Latinus Virgilianus incogitantiā improbans: meditationem probans sic infit

Temeritas īfelix.

Latinus Maronianus.

O prestans animi iuuenis quantum ipse feroci
Virtute exuperas: tanto me impensius æquum
Est cōsulere: atq; omnes metuētem expēdere casus.

Illud Terentianum quis ignorat? omnia prius consilio q̄ armis experiri decet: Romani annuos magistratus: quorū maxima foret potestas creauere: Cōsulesq; appellauere: nimirum a consulendo tāquam consilio & consultatione rectores administratoresq; Reip. cuncta moderari debeant: Quid principi magis expedit q̄ habere consiliarios prudentes ac circūspectos: quorum meditatione consilio consultatione cuncta perpendat, libret, examinet. Vt omnia fiant ad libellā & normam: ne quid deliret amussis. Agamemnon homericus optat non decem similes Aiacis qui fortitudine censetur. Sed consiliarios decem tales, qualis fuit Nestor. Sic enim inquit.

Ne quid deliret amussis.

Votum Agamēnonis homerici.

τοιουτοι δεκα μοι συμφραδμονεσ ειεν αχαιων

Quod si acciderit non dubitat quin breui Troia pe-

Digitized by Google

ritura sit:& enim magnæ res ut ait. M. Tullius geruntur consilio ratione sententia. Vlyxes apud Ouidium eludens Aiacis stoliditatem inquit: Tu uires sine mente geris. Mihi cura futuri est: Et mox paulo, pectora sunt potiora manu uigor omnis in illis. Meditatione cuncta fiunt meliora & factu faciliora ut Vegetius docet: Græcum epigramma non hanc Periandri de meditatione sententiam celebrat sed illam. χολου κρατειν Quod uerbum significat Iræ temperandum esse. Quod præceptum & ipsum q̃ salubriter detur mortalibus quis non uidet? Cum ira breuis insania siue breuis furor sit, ut docti autumant: quam frenis moderari ac compescere non mediocris sapiẽtiæ est. M. Tullius in epistola ad Quintum fratrem protreptica hortatur monet pręcipit ut resistat iracundiæ: ut linguam in ira contineat ut animo & orationi cum sit iratus moderetur.

Ira breuis insania.

Ciceronis pceptũ ad fratrem.

Nam si implacabiles iracundiæ sint summa est acerbitas. Aiacem in mortem egit furor. In furorem ira. Cętera uitia impellunt animos ira pręcipitat: Maximum remediũ est iræ mora atque dilatio. ut primus eius feruor relanguescat. proinde Athenodori illud salutare pręceptum habere cordi atque memoriæ operæpretium duco: qui Augusto Cæsari sic præcepit: Cũ ira te o Cęsar cęperit nihil prius neque dixeris neque feceris: q̃ ipsas uiginti quattuor litteras ele-

Saluberrimũ athenodori documentũ.

mētarias tecum ipse percurreris. Tres sunt affectus: qui omnes homines in omnia facinora pręcipites agunt: Ira. Cupiditas. Libido. Propterea poetæ tres furias esse dixerunt quæ mentes hominum exagitent. Instar enim furiarum hi tres affectus iræ/cupiditatis/ Libidinis Mortales dementant: stimulis agitant furore perturbant: Stat quidem Aristoteles iræ defensor ac propugnator dicens. iram calcar atque cotem esse uirtutis: Sed huic Aristotelicæ sententiæ reclamant ac refragantur. M. Tullius Seneca ceteri: a quibus proditum est iratos proprie dici exisse de potestate. idest de consilio de ratione. de mente. Et cum ira insania sit negant utilem esse insaniā aut naturalem. Grammatici iram ab eo quod est ire dici tradunt: eo quod a se eat qui irascitur & furit. Qui ergo a se ipso abire non uult / nec mentis impos fieri iram suffrenet/& hunc temporarium animi motum impotentissimum coerceat. Queri solet quid ira distet ab iracundia: Scitote iram ex causa nasci: Iracundiam de uitio multum irascentis: sic & iratum Iracundumque distingui: ut iratus ex causa sit Iracundus ex natura: & sicut ebrius differt ab ebrioso. Ita iratus ab iracundo. Nanque ebriosum dici proprie uolunt eum qui ebrietatis uitio obnoxius est: Ebrium uero: qui interdum uino grauis sit

Cur tres furiæ.
Aristoteles iræ defensor
Cos uirtutis.
Ira
Iracūdia.
Iratus.
Iracūdus.

& impos sui:potest enim qui ebrius est tunc primū esse nec habere hoc uitium:Et qui ebriosus est sæpe extra ebrietatem esse. Consimiliter iratus potest esse non iracundus: Et iracundus qui iracundiæ obnoxius significatur:potest aliquando iratus non esse. Cæterum quoquomodo etiam atque etiam nobis cauendum est: ne iræ ne iracundiæ procliuitate rapiamur.ne iracundi simus:Quod uitium tam deforme est: ut feda uisu & horrenda fiat facies irascentium,ut flagrent oculi, ut capilli subrigantur ut ore toto multus rubor erumpat, ut labra mordeantur. Dentes arietentur.possem infinita prope congerere pertinentia ad utranque hanc Periandri Corynthii sententiam:qua dixit totum contineri meditatione: & iracundiam esse frenandam : sed nos immensum spatiis confecimus æquor:Et iam tempus equum fumantia soluere colla:iam decursis septennis curriculis ad metam prouecti sumus. Eiusdem Periandri illæ quoq; sententię sunt:bona quies est:in rebus secundis esto moderatus:in aduersis prudens.Quodcunq; pollicitus fueris seruato.Non peccantes modo uerum & peccare gestientes punito.

Hic est orbiculatus gyrus septem græciæ sapientum:Quorū nomina delphicus Apollo cū quereret quisnā primus sapiētū foret,in orbe tereti īcidi iussit,

in Phedro/nunquam sunt contemnēda.habetis sententias philosophorum publice priuatimq; utilissimas.breues pariter & longas.breues in uerbis/longas in sensu:Quorum cortex medullam tegit obducitq; succosiorem.habetis hanc de septem sapientibus decursionem ueluti prodromon idest præcursoriam legitimi annuiq; curriculi nostri litterarii:in quo epistolæ Plinii cū Valerio Flacco iunctim ibūt: & una ad metas per interuallatos cursus progredientur.Erit opinor operepretium spectatoribus spectasse horunce cursorum gradus omnis/uestigia/sudores anhelationes. Hoc est erit fructuosum auditoribus me præuio & interprete diligenter pensitasse obseruasse edidicisse in Plinio & Flacco elegantiam eruditionem schemata/tropos/cæteraq; omne genus illustramenta.Nos pro uirili parte elaborabimus: ut Plinianæ epulæ & Flacci edulia nostris condituris condiantur.Vt nostro embammate hoc est intinctu & conditione fiant suauiora esculentioraq;: faciātq; ad stomachum epulonum.Quod si quid duriusculum dentes offendet id per nos mansum mollitumq; fiet. Ita ut uoluptate deduci in uentriculum transmittiq; possit.Occurret fortassis hoc ī loco curiosus auditor: & mussitans dicet.bene quidem o orator & bene dixisti:sed quorsum istud tā bene? quid istec tam longa de septē Sapiētibus Explicatio ad Plinii episto-

las pertinet & Flacci argonautica? Quid manus figu li dũ amphoram formare debet urceum finxit? Ego isti id quærenti ita breuiter libera uoce respondeo. O Auditor curiose nolito hinc ansam capere calũniã di. Scito proemia in causis non parũ multis maxime libera eẽ:& longe a materia duci:ut Isocrates & Gorgias apud Græcos factitarunt:ut Salustius Crispus apud nostros in bello Iugurthino & Catiliniano nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus est. Deniq; in gymnasio libero libera est oratio, libera lingua. dummodo citra maledictum euagetur & citra fastidium:principia undecũq; ducta si modo docte dicta sint laudem merẽtur:nec rationem semper reddere cogitur oratorię dictionis orator:Maximeq; si a secta deuius non aberrat..

Mos est causa perorata gratias agere auditoribus. uos pro gratiarũ actione accipite Tetrastichon:quo septem Sapientum præcepta eodem ordine complexi sumus:quo sunt explicata. ut ita facilius memoriæ atq; animis uestris inhęrescant.

Respicito finem uitai. Noscito temet.
Optima mensura est. sponsio damna dabit.
Plures nempe mali. peridonea tempora nosce.
τοπαν consilium cum ratione regit.


F I N I S.

Digitized by Google

Philippi Beroaldi Heptalogos ſiue Septem
Sapientes magna cura Impreſſum Bo-
noniæ per Benedictum Hectoris
Bibliopolã Bononienſem.
Anno ſalutis.MDII.
Die.x.Octo-
bris:
.

Regeſtum.

A B C Omnes ſunt quaterni.



Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Maximum Antistitem. D. Thomā Cardi/
nalem & Archiepiscopū Strigoniensem
Philippi Beroaldi Bononiensis

EPISTOLA.

Yneas ille Pyrrhi regis legatus singulari memoria memorabilis / qui Senatū Ro/manū cōstare dixit ex Regibus: si hoc nostro æuo renatus cōtemplaret᷑ Senatū Pōtificiū hoc est Cōsistoriū Cardinaliū / haud dubie diceret non Regū sed deoꝝ illud eē conciliū. & .n. qd sunt aliud Cardinales / q̄ humana numina / q̄ terrena sidera / & Religionis sacrosancta fastigia? In quoꝝ ordinem cooptari paucissimis mortaliū datū ē. In quoꝝ albo tu iā pridē Antistes maxime es cōscriptus. nec īme/rito. Tu prudētia cōsilio auctoritate tāta præcellis / ut inter principes Pānoniæ refulgeas / uelut īter mi/nores stellas luna splendescit / ut sacratissimus & oī cū honore mihi nominādus Rex Vuladislaus tibi uni habenas pānōici Regni moderādas crediderit / ut sine te nihil altum suscipiat ac medite᷑. Tu uero īstar optimi gubernatoris clauū rectū tenēs id agis id curas / eāq; operā das / ut cymba tutelæ tuæ credita ī uado salutis portuq; tutissimo cōsistat. Tu religio/ne / qua cōstat uita mortaliū / quæ hominis ꝓpria ē / quæ nos deo cognatos efficit ac uīculo ꝑpulcherrimo cōnectit / tāta præpolles / ut nihil qcq̄ apd te antiqus sit religiōe / ut theosebiā / sic. n. dei cultus nominat᷑ /

Senatus deorum.

Religio/sus cardi nalis.

Theose/bia.

rebus oibus existimes eē anteponēdā/ut Saluberri mū illd documētū/Imprimis uenerare deū/memoriter memineris. & sane Religio cū oēs mortales/tū maxime decet ꝓtomystas hoc ē sūmates antistites/ q̄ i terris sacrosācti eē debēt exēplar & archetypon uitæ sanctioris. Et cū sūmo uiro rerūq; magnaꝝ administratori turpe sit noctē totā sōno consumere/tu sōni parcissim9 breuissimū tēpusculū qeti das/uigilāsq; de nocte religiosū pēsū pagis/tributūq; quotidianū/qđ qsq; religiosus deo debet/diligēter libenterq; psoluis/interdū libroꝝ pabulo / quo nullū est suauius/animū pascis/& refoues/& ita uigilādo lucubrādoq; pluribus horis uiuis/uita.n.uigilia est/ut sapiētes dixere. Comitas aūt affabilitasq; sermonis cū magnope aios cōciliet/alliciatq; ad beniuolētiā/te oibus comē benignū affabilē p̄stas. & sane decet uiꝝ primariū/q̄to sit cæteris dignitate supior/tāto se gerere facilitate sūmissius. Quid uero dicā de liberalitate atq; beneficētia/quæ i te ita mōstrabilis ē/ut excellat/qua nihil i pricipe amabilius eē pōt/nihilq; p̄stātius/hæc hoīes facit diuos/hæc Cæsarē dictatorē/hæc Alexādrum Magnū imortalitate donauit. hæc ad eternā gloriā uia/hac ꝓceres iere famigerati/ hac i p̄sentia igēti passu uadis tu priceps liberalissime:q i tuos/i ꝓximos/i alienos/deniq; i oē hominū genus gradati es benefic9 ac liberalis. & ꝓfecto nulla đ uirtutib9 tuis maior/nulla amabilior/nulla gloriosior eē pōt munificētia. Scito nil tā populare eē/tā q; plausibile/q̄ bonitatē cū liberalitate copulatā/

Vita uigilia.

Laus liberalitatis.

Liberalissimus cardinalis.

ſcito prĩcipẽ nũq̃ magis noĩa facere q̃ cũ donat:nũq̃ magis lucrari/q̃ cũ erogat:dando.n.pecuniã accipit gloriã gratiã beniuolẽtiã.hæc ergo cæteræq; politicæ uirtutes ex qb9 q̃ſi cõpactus es & cõglutinatus/merito te faciũt uenerabilẽ amabilẽ deſiderabilẽ:ut ĩ pãnonia tã ſũmates q̃ ĩfimates certatĩ te cũ admiratiõe ſuſpiciãt/te diligãt/te p̃conio bonitatis extollãt. Tu litteratoꝝ es ſalutarẽ p̄ſidiũ.tu ſtudioſoꝝ adminiculator atq; fultura:q n̄ paucos cãdidatos doctrinaꝝ ĩ Italiã ad capiẽdũ ĩgẽii cultũ ꝓficiſcẽtes uiatico iſtruis:pecuniã alimẽta & cũcta ad culturã ſtudioꝝ cõducẽtia benigne ſuppeditas:Tu nup Bononiã ad me tãq̃ ad mercatũ ĩgẽuaꝝ diſciplinaꝝ duos nepotes tuos Ioãnẽ & Paulũ iuuenes ꝓbos modeſtos ſtudioſos deſtinaſti.eoſq; ĩ cõtubernio meo eẽ uoluiſti : ut doctrinæ noſtræ pigmẽtis colorarẽtur/nec nõ dolatorio eloquẽtiæ leuigarẽtur.& ſane ãbo ſũt dotib9 ĩgenii egregiaq; ĩdole p̄diti:q̃ quã ĩ Ioãne iã nõ tam ĩdoles uirtutis / q̃ ip̄a uirtus eluceſcit:q iã ſublimi9 euolat/& faſtigia altiora cõſcẽdit. Ego uero qđ bonũ p̃ceptorẽ decet:ꝓ uirili parte curabo/ut ſuffarcinati noſtris mercib9 ĩ Pãnoniã ad genitales terras reuertãť:ut ſub magiſtro Beroaldo ſtipẽdia litteratoria haud q̃q̃ feciſſe peniteat:ut contuberniũ meũ dicant bonoꝝ moꝝ bonaꝝq; doctrinaꝝ fuiſſe diuerſoriũ:ĩ quo Michael quoq; cheſeri9 boſcinẽſis Epiſcop9 iã pridẽ degit cõſectaneus cõdiſcipuluſq; nepotũ tuoꝝ:adoleſcẽtulus apprime erudit9/

q iã ad bonã frugem puenit/fitq; i dies doctior atq; elegãtior. ego uero cũ amicicias principales expetã/ simq; tui nois atq; adeo numinis reuerẽtissim9 ob/ seruãtissimusq; tibi noiati dedico Antistes maxime libellũ hũc: q sit qdã q̃si cõciliator glutinatorq; amicicię tã florẽtis/tã magnę/tã splẽdidę: quẽ q̃so hilaro uultu & serena frõte suscipias. Munusculũ ẽ oppido pusillũ: nec ĩficior/si corticẽ exteriorẽ tãtũ spectes: sed si medullã ĩteriorẽ ĩtrospexeris: ꝓtiosũ iudicabis. opusculũ ẽ/quo symbola pythagorę p tropologiã moralẽq; ĩtellectum explicãt̃: res haud dubie

Libellus succosus.

succulẽta: nec minus frugifera q̃ uoluptifica. ut aũt mea erga te obseruãtia fieret celebratior testatiorq;/ curaui ut hic libellus p mille exẽplaria format9 excususq; diuulgaret̃: q ĩ liminari pagina ac titulo gestat nomẽ tuũ sacrosãctũ. Q d' supest Deũ optimũ maximũ ꝑcor: ut id eẽ uelit perẽne monumẽtũ mei ĩ te amoris ac obseruãtię. Tu uero cũ fueris aliq̃do ab occupationib9 seriis feriatus/& a negotiis regiis seq̃stratus: qbus iugiter distineris: ne spueris q̃so in manũ sumere cursimq; trãslegere opusculũ: qđ tibi uni nuncupatũ dedicat̃. qđ ab hoie tibi deditissimo trãsmittit̃: qđ eruditõis nostrę: q̃tulacũq; ẽ: assectatores amatoresq; nõ solũ plegẽt/sed/ni fallõ/ĩ manibus quotide habebũt tãq̃ enchiridion. Vale decus Antistitũ columenq; Pãnonię/& munusculũ hoc/ qualecũq; est/obuiis manibus excipe: & Philippũ Beroaldũ nouiciũ cliẽtẽ patrocinio tuo cõfoue.

Digitized by Google